







1.  
1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.

1736.

1. Alerti, Michael: De induciis medicis.
2. Alerti, Michael: De hysteretia medica
3. Boetnerus, Justus Henricus: De medicorum anime et  
corpore in morandis aegris conjunctione
4. Boetnerus, Justus Henricus: Usum et commoda practi  
de praestantia evictione in causis privatis et publicis.  
- - - publicis - - - examini submittit.
- 5<sup>ta</sup> = Boetnerus, Justus Henricus: De finibus privilegiorum  
Legum. 2 Saempt. 1736.
- 6<sup>ta</sup> = Carrach, James Tobias: De acceptioibus litis ingres-  
sum impedimentibus justitiae impedimentis 3 Saempt.  
1736 & 1748
- 7<sup>ta</sup> = Carrach, James Tobias: De conflictu theoriae et praxi  
juris 2 Saempt. 1736 & 1755
8. Gensius, Simon Petrus: De judiciis duplicis ejusque generis  
conceptu.

- 8<sup>a</sup> Wendhausen, Christianus Wilhelmus, de: De feudo Germaniae  
sive Germanorumque
9. Hinneccius, Fr. Guil: De pecunia in casum, si causa  
ceci derint, et ad petentibus, utique remediis utentibus  
deponenda in quo in Sacunburg - Gulters.
10. Knorris, Carl Gottlob: De feuda praeterea Romanis  
iniquita dicitur simulque recitationes publicas.  
per menses hiernos habendas studere iuranti.  
indict.
11. Langius, Joannes Tractimus: De obligatione delinquentis  
et poenam corporis
- 12<sup>a</sup> Lange, Tom. Guilielmus: De obligatione studendi solis  
com.
- 12<sup>b</sup> Michaelis, Christ. Bened: De Daniell, Candidati exempli  
typographi triennis academici
13. Schulze, Joannes Henricus: Dissertatio in qua medica,  
videtur resolutionem casus hysterico-epileptici

17

*Pr. 12. num. 32.*

*Q. D. B. V.*  
DISSERTATIO IVRIDICA  
DE

*1736 6a 11*

**EXCEPTIONIBVS  
LITIS INGRESSVM  
IMPEDIENTIBVS  
IVSTITIAE IMPEDIMENTIS**

QVAM  
IN REGIA FRIDERICIANA  
PRAESIDE

**IOANNE TOBIA CARRACH**  
I. V. D. ET PROFESSORE PVBLICO  
EXTRAORDINARIO

*P 413.*

D. MART. ANNI MDCCXXXVI.


*H. L. Q. C.*

PVBLICE VENTILANDAM EXHIBET

**IOANNES CONRADVS PLETTE**  
MAGDEBVRGENSIS.

---

HALAE MAGDEBVRGICAE  
TYPIS IO. FRIDERICI GRVNERTI ACAD. ET SENAT. TYPOGR.



17. 12. 1775

DISSELTATIO IURIDICA  
DE

EXCEPTIOIBVS  
LITIS INGRESSVM  
IMPEIDIENTIBVS  
IUSTITIAE IMPEIDIMENTIS

QVAM

IN REGIA FRIDERICIANA  
PRAESIDE

IOANNE TOBIA CARACH  
L. V. D. ET PROFESSORE PVBLICO  
EXTRAORDINARIO


MART. ANNI MDCCXXXVI.

M. A. G.

PVBLICV VENTILANDAM EXHIBIT

IOANNES CONRADVS PLETTE  
MAGDEBVRGENSIS.

HABE MAGDEBVRGICAE  
TYPS IO. FRIDERICI GRVNHERTI ACAD. ET SENAT. TYPOGR.



1775  
12  
17





A MONSIEUR

ET

A MESSIEURS

Le Doyen

ET

Les Chanoines

du Chapitre de l'eglise cathedrale

de

Magdebourg.

MONSEIGNEUR  
ET  
MESSIEURS TRES REVERENDS.

A MONSIEUR

ET

A MESSIEURS

Le Doyen

ET

Les Chanoines

du Chapitre de l'eglise cathedrale

**J**E VOUS offre très humblement cette  
Dispute Academique, que j'ai soutenu  
conformement à l'edit de Sa Ma-  
jesté nôtre très gracieux Roy, pour te-  
moigner publiquement la plus sincere re-  
con-



connoissance, qui s'est emparée de mon  
coeur, pour les grands bienfaits & pour  
les graces signalées, dont VOUS m'avez  
comblé jusqu'ici. La grace que VOUS  
avez fait ressentir à feu mon pere, pendant  
le tems qu'il a eu le bonheur d'être en Vô-  
tre seruice, m' a mis dans l'état de con-  
tinuer & de finir heureusement par la  
grace de Dieu mes études, & elle s'est  
meme étendue jusqu' à mes parens, de  
forte que je ne crois pas d'être jamais  
assez capable, pour VOUS faire voir la  
moindre marque, de reconnoissance pro-  
portionnée à tant de graces très illustres.  
Nean moins j'ai cru d'être obligé de profi-  
ter de cette occasion, & de VOUS assurer  
très humblement, que je ne cesserai jamais  
de prier le tout Puissant, qu'il fasse que la  
prosperité du Chapitre, aussibien que  
celle de Vôtre maison Serenissime & de  
toutes Vos Illustres familles soit eternelle,  
& qu'aucun tems ne puisse jamais effacer  
le

le lustre de l'un & des autres. Je ne doute point, que VOUS ne receuiez cette entreprise avec la grace accoutumée; & en cette esperance je reste rempli de deuotion & de Zele.

**MONSEIGNEVR**

**E T**

**MESSIEVRS TRES REVERENDS**

**DE VOTRE ALTESSE SERENISSIME**

**E T**

**DE VOTRE REVERENCE**

Halle  
le 10 Mars 1736.

*Le très humble & le très  
obeissant,*

Jean Conrad Plette,



Q. D. B. V.

§. I.



**D**efensionis quanta quanta sit aucto- Exordium de  
 ritas, tam naturalibus quam civi- limitibus de-  
 libus legibus sufficienter fulta; eo- fensionum.  
 usque tamen minime extendenda  
 est, ut in læsionem abeat, aut ut  
 arbitremur, sub eius specie, alio-  
 rum iura legesque labefactare no-  
 bis licere. Hæc ex rectæ rationis di-  
 ctamine ita perspicua sunt, ut ea,  
 vniuersim contemplando, vera esse, quisque facillime depre-  
 hendere queat: verum in applicatione sigillatim faciendâ,  
 non semper res adeo expedita est. Nolo hic regere fines  
 defensionis violentæ eorum, qui in statu naturali sunt con-  
 stituti: sed quandam iudicialis defensionis speciem ex par-  
 te tantum expendam, quo usque ipsi cum dictis conueni-  
 niant. Quippe inter munimina iudicialia, quibus rei  
 septi sunt, ad arcendas actorum intentiones, exceptiones  
 esse, neminem, qui prima legitimæ scientiæ elementa deg-  
 gustauit, fugere poterit: ideoque IMPERATOR pr. Inst. de  
 Exceptionib. eas comparatas esse, asserit, defendendorum eorum  
 gratia, cum quibus agitur; atque IMPERAT: DIOCLETIANVS

A

&

Speciatim ve-  
ro exceptio-  
num.

& MAXIMIANVS non solum *Legen. C. de Exception.* exceptiones *defensiones* dixerunt, sed etiam, exceptionibus *reis* auxilium *tribui certis ex causis*, adstruxerunt *L. 10. C. eod. adde L. 43. pr. D. de R. I. § VVLTEIVM ad pr. Inst. de Except.* His suppositis, omnino verum est, quod exceptiones naturali iure *reis* competant, summaque nitantur æquitate, nec sine iniquitate *reis* absolute intercipi queant, sed potius saluæ ac faciles præstari debeant, quo expedite auxilio iniquæ actorum intentiones propelli possint; licet eas, quemadmodum quidam irritò conatu hunc in finem *canon. serpens 47. Dist. de Pœnitentia* antestantur, ex Paradiso, & Adami lapsi ad Deum responsione non deducamus. Attamen nec obliuisci debemus regulæ, quam ICI argumento *ex L. 7. §. 1. D. de Hered. petit. deriuant*; satis superque enim, et si omnis legalis sanctio deficeret, in reâ ratione fundata est: ea autem prohibet, *ne sub obtentu exceptionis debeat mora fieri, in detrimentum alterius*: imo merito addo: ne sub eius prætextu debeat aliquo modo ius alterius deterius reddi.

Contra hos  
limites sæpe  
peccatur.

§. II. An vero iste fauor exceptionum, uti & aliorum munimentorum iudicialium, intra hos limites in forensibus negotiis se semper contineat; id asseri nequit. Sane idem reorum defendendorum fauor atque desiderium, ex processuum molestiis præsentissimo remedio summa celeritate eos eximendi, obtenditur pro commendatione EXCEPTIONVM LITIS INGRESSVM IMPEDIENTIVM: inde enim earum est præstantia, illa est æqua causa, propter quam has exceptiones reus, contra iuris ordinarii normam, ante licem contestam obmouere possit, si laudibus credamus, quibus eas MARTINI *Commentar. ad Ordinat. Iud. Saxon. Tit. XI. §. 8. n. 1.* hunc in modum prosequitur: *insignem, inquit, effectum attribuit reo, exceptionum peremptoriarum litis ingressum impediendum ante licem contestatam oppositio. Namque per id multum causa eius promouetur, ne inuitus trahatur in prolixum processum: CARPZOV in Processu. Tit. XI.*

IMPEDIENTIBVS IVSTITIAE IMPEDIMENTIS. §

*IX. art. 7. n. 31.* Quodsi autem istae exceptiones accuratius considerentur, & secundum cautionem de limitibus defensionis in tutela reorum obseruandis, §. *praced.* propositam, examinentur; vereor, ne fines hos sint perrupturae. Ego certe, quotiescunque eas summa diligentia perpendi, insignes earum, celerem iustitiam promouendi, effectus nunquam deprehendere potui; nec ex re nata, uti praeseferunt, nomen ipsis indicum esse, existimo; nisi forsan naturali significato id ita intelligas, ut denotet exceptiones, quibus reus processum statim in exordio litis impedire seu implicare confusionibus & inuolueris tricus studet. Ingenuus ergo profiteor, quod haec exceptiones maiorem occasionem, lites protrahendi, ac iustitiam difficiliorem reddendi, quam eius administrationem promouendi, praebent, ac ex eorum doctrinis enatae videantur, qui aequitatem ex altera parte tantum aestimarunt, atque remedia processus breuiiores reddendi, sine debita cautione ex sola specie externa commendarunt, parum curantes, an speratos effectus producere apta sint nec ne. Haec cum saepius ac sedulo animo voluissim, venerunt mihi iterum in mentem meditantium thema aliquod speciminis Academici, quo secundum POTENTISSIMI REGIS MEI iussum rudimenta tyrocinii in arte iuris deponerem. Constitui ergo, praesenti dissertatione DE EXCEPTIONIBVS LITIS INGRESSVM IMPEDIENTIBVS obseruationes quasdam exponere, ex quibus apparebit, quod haec exceptiones iustitiae non exigua adferant impedimenta. Nec frustraneum hunc laborem esse arbitror; etiamsi quis obmouere vellet, quod multorum locorum ordinationibus processualibus istae exceptiones confirmatae sint. Nam eiusmodi ordinationes nec ubique existant, nec semper satis perspicuae sunt, aut rem satis definiunt: praetereaque scire debes, quod nobilis iurisprudentiae pars sit prudentia legislatoria; ea vero obtineri nequit, nisi etiam inquireamus in iustitiam & iniustitiam, aequitatem & prudentiam legum. Quo ipso legibus scriptis, quoad iurisprudentiam iudi-

Etiam in Exceptionibus litis ingressum impedientibus.

capit. 1. 1. 0  
march

Vnde Thema de Exceptionibus litis ingressum impedientibus iustitiae impedimentis.



judiciali, salva manet sua auctoritas, quamdiu a superiori non facta correctio. Utque eam eo magis intemeratam relinquam, rem, in genere precipue, considerabo, & quantum fieri potest, abstinere ab ordinationibus processualibus singulorum locorum. Id tantum prætermittere nequeo, quod adhuc inde singularis conatibus meis addatur stimulus, quod IPSE CLEMENTISSIMVS REX in der allgemeinen Justiz-Ordnung 1713. §. 28. iusserit, ut quicumque subditorum iura callentium, qui defectus processus iudicarii deprehenderet, eos indicare debebat.

Ordo dicendorum.

§. III. Ordo vero, secundum quem thema propositum pertractandum sit, vix quisquam alius, pro institutione & brevioris speciminis academici modo, aptus esse, visus est mihi, quam ut ab initio expendam, quæ ICtis sub exceptionibus litis ingressum impredientibus veniant: deinde iuxta indolem probæ administrationis iustitiæ singulas observationes cum meditationibus meis, de impedimentis ejusmodi administrationis per has exceptiones, enarrabo; ex quibus facile iudicium ferri poterit, quatenus hæ exceptiones in foris tolerandæ sint, nec ne. Cæterum ea tantum modo exponam, quæ observavi, meamque hac in causa sententiam declarabo: de reliquo autem cuilibet sua quoque opinio salva ut sit, libenter patior.

§. IV. Sed difficilimum erit constituere, quid sit exceptio litis ingressum impediens: tanta enim est ICtorum in hac re discordia, tantaque principii cognoscendi & notarum characteristarum eiusmodi exceptionum incertitudo atque obscuritas, ut tamque ambiguum est, quantum reorum exceptiones huic referri debeant, ut vix inter duos hac de re conveniat. Quidam recitant numerum harum exceptionum, insignem earum multitudinem proferentes, adeo ut vix quædam alia, quæ talis non sit, exceptio superfit: variant tamen mirum in modum commentatores processus iudicarii in definiendo hoc numero. Sic quidam ex c. r. de lit. contest. in 60 tantum tres enumerant. Sed



Sed MARTINI in *Commentario ad Ord. Iudic. Saxon. ad Tit. XI. §. 7. n. 7. seq.* refert. XIII. primarias species: quibus tamen, ex rationis identitate, adhuc alias iungit. At MARG. ANTON. BLANCVS in *tract. de Exception. lris ingressum imped. quem tractatui de Compromissis Quest. IV. inseruit, sub themate de exception. imped. lit. ingressum num. 6.* enarravit LXX. exceptiones huius indolis, easque per quinque capita principalia distribuit. Alii regulas quidem tradere volunt, secundum quas diiudicari debeant istæ exceptiones; sed parum feliciter res successit, dum hic hanc, alius aliam normam, qualitatem istam exceptionum æstimandi, præscribat, uti §. §. seq. exponam: vix autem quis perspicuam in medium protulit definitionem, ex qua definitum sufficienter posset cognosci. Attamen optimum quod dicitur & dici potest de his defensionibus, & in quo omnes ICI conueniunt, est, quod exceptiones litis ingressum impediētes dicant esse exceptiones peremptorias in continenti probabiles, quæ contra naturam sui generis ante litis contestationem opponi possunt, vt lis statim in exordio supprimatur: & huc collineant MARTINI *cit. loc. num. 1.* LVDOVICI *Einleitung zum Civil Proceß Cap. 14. §. 3.* Non ignoro quidem, quod nonnulli etiam exceptiones quasdam dilatorias inter exceptiones litis ingressum impediētes referant, uti ex BLANCI *citato tractatu* patet: sed hæc ad meum thema non pertinebunt; cum de illis secundum ordinariam exceptionum dilatoriarum naturam iudicium ferendum sit. Sic quoque non curo, an aliud, quicquam circa descriptionis perspicuitatem moneri possit, quoniam mihi, pro instituti ratione, sufficere potest, secundum opinionem ICTorum rem concipere. Ipse potius monui & adhuc moneo, parum sibi constare ICTos in determinando, quæ & quales exceptiones huc pertineant. Quod vt magis elucescat, atque quo melius harum exceptionum vsus aut abusus æstimari possit, singulas ICTorum sententias de iis exponam sequentibus.

6 DE EXCEPTIONIBVS LITIS INGRESSVM

Diversæ sententiz ICtorum de his exceptionibus.

Opinio prima. §. V. Quidam 1) tantummodo eas exceptiones peremptorias huc referunt, quæ a nonnullis singulari nomine dici solent *litis finite*, eo sensu, quod reus actori objiciat, *hanc litem, quam actor nunc intendit, iam antea esse agitam et iam iam finitam*: inde eius indolis esse solas has tres exceptiones, rei iudicatæ, transactionis & iuris iurandi, easque per c. 1. de Lit. Contest. in 6to singularis privilegii iure ante lit. contest. opponi posse adstruunt, DANIEL MOLLER *Semestr. Lib. 1. Cap. 1. n. 7.* insuper, tamen quo id obtineri possit, requirunt, ut hæ defensiones sint in continenti liquidæ ILL. DN. DE BERGER in *Electis discipulat. forens. Tit. XXXIX. Obs. III.* COLERVS de *Processu except. Part. III. Cap. 1. num. 19.* 2) Alii autem his tribus præterea adhuc addunt, ut exceptiones *litis finite*, exceptionem præscriptionis, & *litis renunciatæ*, cum & per has, *litem iam finitam esse*, actori oggerat reus SICHARDVS in *L. 19. C. de Probat. conf. ZIEGLERVM ad Lancellott. Inst. Iur. Canon. ad Tit. de Except. ad §. 11.* 3) Rursus alii sub exceptionibus *litis ingressum* impediens intelligunt eas, quæ sub *Tit. Digesti. Quarum rerum actio non datur* propositæ existant *vide Ddr. ad h. t.* 4) Sunt porro, qui nec in his acquiescunt, verum pro exceptionibus *litis ingressum* impediens habent omnes exceptiones, quas quoad Ius Rom. dicunt facti, ubi nimirum actori nulla nequidem de iure stricto competeret actio, sed *lis de facto contra ipsum ius strictum civile esset mota*, ideo quod vel actori nullum unquam ius agendi fuerit, vel quod fuerit, sed ipso iure civili esset sublatum atque extinctum, quibus ve in casibus prætor edixisset, *actionem non dabo*, aut si qua alia lege cautum *ne actio petitioque daretur* PEREZ in *Tit. C. de Exceptionibus num. 11.* BACHOV. ad *Treutlerum Vol. II. Disp. XXVI. Th. VIII. lit. C. D.* Cum enim prætor non nisi causa cognita actionem dare solitus fuerit, adeoque eiusmodi allegationibus in iure actori a reo obiectis, agendi formulam & facultatem non concesserit, nec iudicem

peda-

pedaneum ei addixerit, neque hinc iudicium dederit, sed ante exordium iudicii depulerit actoris intentionem *L. 9. D. de Iureiurando. l. 1. §. 5. D. de Dolo malo. l. 8. §. 9. D. de Offic. Praesid. CICERO in Partitionibus. C. 28. GERHARD NOOBT de Iurisdict. l. 1. Cap. VII. §. XV.* ita quoque arbitrantur, quod in foris Germanicis actor ex pari causa statim a limine iudicii arcendus sit, reoque liceat, se a iudicio fuscipiendo liberare, iisdemque allegationibus aduersus pulsanter statim ante litis contest. uti; siquidem a litis contestatione iudicium initium capiat. 5) Denique alii viterius ad huc procedunt, qui non solum exceptionibus litis finitae, sed reliquis omnibus peremptoriis ante litis contestationem, ad impediendum litis ingressum, locum concedunt, si sint notoriae atque manifestae, aut ita comparatae, vt in continenti probari possint: imo, has omnes litis finitae nomine comprehendendi, volunt; terminis scilicet hoc sensu acceptis, quod exceptiones litis finitae dicantur, quia inductae, *vt litium sint finis*, WAGNERECK *ad rubric. Tit. Decretab. De Exception. not. VI.* adeoque efficiant *vt litis contestatione non sit opus* THOMAS. *ad Lancelott. Inst. Iuris Canon. Tit. De Except. ad §. II.* PEREZ *in Tit. Cod. de Except. num. II.* BACHOV. *ad Treutlerum. Vol. II. Disp. XXVI. Th. VIII. Lit. C. §. D. LVDOVICI Einleit. zum Civil-Process. Cap. XIV. §. III.* Quo circa HIC. VMMIVS: *Disp. ad Processum iudic. §. Thes. 9. n. 57.* regulam proponit: *toties reum ob oppositam exceptionem litem contestari non teneri, quoties exceptio talis est, vt probata, actoris institutam actionem eneruet, adeoque efficiat, vt reus conuentus ab instituta actione absolvendus sit.* Ne autem temere haec doceant, assertorum reddunt rationem, praeter laudes quas §. 2. accepimus, quod hoc modo evidenter de actoris calumnia constet, & inde reus diutius laboribus & expensis fatigari non debeat, nec actor audiendus sit, de cuius iniustitia constet; praesertim cum ad officium iudicis pertineat, diminuere lites PEREZ *cit. loc.* BACHOV. *cit. loc.* Et quemadmodum

Opinio quia

ta

modum iure Romano prætor non nisi causa cognita actionem concesserit, ita nec apud nos aliter fieri, sed, eiusmodi exceptionibus obiectis, actionem denegari debere putant. Argumenta hanc in rem non solum ex cit. *L. 9. D. de Iureiurando* hauriunt; sed ipsum Pontificem eiusque *c. 1. de Litis Contest. in 6to*, antestantur, quippe in quo verba: *seu finita* sententiæ suæ auctoritatem legalem tribuere existimant, dum Pontifex his verbis omnes exceptiones litis finitæ intellexerit. Duas tamen restrictiones addunt plerique, sub quibus omnes peremptoriæ exceptiones ante litis contestationem locum habeant, & actor statim a limine iudicii per illas repelli queat. Cum enim exceptiones quibus deducebatur, actori nullum ius agendi competere, ideo apud Romanos prætores oppositæ fuerint, ne illi actio concedatur, nec iudicium suscipere teneretur reus; ita ex BARTOLI in *L. 13. D. Iudic. solu.* auctoritate volunt 1) ut exceptiones istæ in dilatoriarum non vero peremptoriarum modum, nempe processui magis & instantiæ, ne scilicet actio competat & concedatur, quam causæ meritis obiciatur, adeoque, uti dicunt, in iudicio preparante allegetur, atque ut reus a necessitate respondendi ad libellum potius petat absolutionem quam a petitis, eumque in modum a iudice pronunciandum sit BLANCVS *de Compromissis. Quest. IV. p. m. 443. n. 2.* PEREZ *cit. loc.* E contrario COLERVS *ad c. venerabilis X. de Exception. num. 51.* existimavit, reum fatuum esse, qui tantum de processu excludendo exciperet, cum exceptio peremptoria non peremptorium sed dilatorium effectum tantum consequeretur VMMIVS *cit. loco.* Nihilominus prioris sententiæ tanta fuit auctoritas, ut inde non solum insignis multitudo Ictorum pragmaticorum magnorum nominum, ex quibus præcipue CARPZOV. *Part. I. Const. 3. Def. 16.* NICOLAI in *Processu Part. 1. c. 33. n. 6.* SCHWENDENDÖRFF. *ad Fibig. Part. 1. c. 2. Membr. 3. §. 9. n. 206.* LVDOVICI *Einleitung zum Civil-Proceß c. XIV. § 8.* nominare liceat, scrupulosam quam

Limitationes  
sub quibus has  
exceptiones  
permittunt.

prima.

quamdam differentiam, tam in verbis quibus hæ exceptiones opponendæ, quibusue, quid de iis pronuncian- dum, peti debeat, quam in ipsa sententia concipienda, sollicitè observandam commendent; videlicet nolunt, vt petatur aut pronuncietur: daß Beslagter von der angestellten Klage zu entbinden, vtpote quæ verba peremptoriis exceptionibus commoda habentur, minime autem exceptionibus litis ingressum impedientibus, cum absolutio ab instituta actione his verbis contineatur, cui tamen locus non sit, ubi nulla litis contestatio ad actionem facta sit; sed, hac formula sententiam apte efferendam esse, existimant: daß Beslagter auf die Klage sich einzulassen nicht schuldig: verum etiam ipsæ leges processuales diuersarum rerum publicarum hanc subtilitatem verborum attendendam esse iusserunt, quemadmodum ex *Ordinat. Judic. Saxon. Tit. XI. §. 8. aliisque a MARTINI in Comment. ad hunc locum citatis* apparet. Deinde 2) præterearequirunt, vt exceptiones peremptoriæ, hoc cum effectu ante litis contestationem opponendæ, statim sint liquidæ, aut certe in continenti liquidæ fieri ac probari possint: huic regulæ tamen *FRANC. ad Cap. I. de Lit. Contest. in 6to* quadraginta quinque fallencias, vti loquuntur, addere refert *COLERVS Proc. Executio Part. IV. Cap. I. num. 159.* Quæ autem sit exceptio statim liquida, quæue, vt in continenti probata dici possit, requirantur, non eadem omnibus ICris sententia est. Quidam scilicet libera- riores aliquantulum hac in causa sunt, audiendum reum esse statuentes, licet non simul cum allegatione exceptio- nis suæ eandem probauerit, si modo ad probandam eam sese mox offerat, quo facto spatium, intra quod probatio- nem adferat, ipsi præfigendum arbitrio iudicis relinquunt *conf. VMMIVS cit. loc.* atque termino in continenti latitudi- nem non minimam indulgeri, & id circo sex septimana- rum spatium, ad has exceptiones in continenti probandas, indulgendum, esse, ex antiqua *Ordin. Processuali Magdeb. Cap. 28. §. 1.* Es wäre dann 2c. apparet apud *CHRISTOPH.*

secunda.

B

LAN-

LANGIVM in *Isagoge ad Process. Cap. XLI. num. 320. seq.* Ita quoque circa media, quibus probatio in continenti peragenda est, res se habet: nonnulli enim quævis media probandi adhiberi posse arbitrantur, adeo vt nec testes reiciant VMMIVS *cit. loc.* alii ex aduerso hos non admittunt, nec iuramenti delationi locum dant LANG. *Isagog. cit. cap. num. 325. seq.* quam tamen alii excludendam esse nolunt VMMIVS *cit. loc.* extra hæc quidam existimant, ad probationem in continenti faciendam, conducere posse non solum confessionem aëtoris, aut acta iudicialia, sed etiam documenta alia in originali producenda & recognoscenda flare Brief und Siegel *Ordin. Iudic. Saxon. cit. §. 7. ibique MARTINI vid. §. LVDOVICI cit. cap. §. III.* At in diuersam plane abeunt sententiam, qui nullam exceptionem in continenti liquidam esse adstruunt, nisi quam aut ipse aëtor confiteatur, aut quam reus statim, cum eam allegat, productis actis & documentis iudicialibus, nullam recognitionem requirentibus nec diffessionem admittentibus, veram esse doceat: si fecus sit, aut per replicas aëtoris controuersa exceptionibus rei obmoueatur, has, tanquam altioris indaginis atque turbidas, post litis contestationem reiciunt. *conf. ILL. DE BERGER cit. loc.*

Cautela quædam generatim circa processum obseruanda.

§. VI. Hæ paulo latius & distinctius exponendæ fuerunt, quæ sint Actorum primariæ de hisce exceptionibus doctrinæ, tam vt secundum eas rectius possim usum earum examinare, tam vt inde pateat, me sufficienter ac bona fide naturam & qualitatem earum, & quicquid pro iis commendandis dicatur, expendisse: nunc quoque deducendum est, an vtilitas æqua in disceptatione iudiciali litium ex iis speranda sit, nec ne, & quæ de impedimentis iustitiæ inde oriundis sint notanda? Equidem scio, quod primaria cura & iudicium, in dirigendis litibus in foro agitati, & legislatorum, in legibus circa iudicia faciendis, esse debeat, vt litigia quam celerrime expediantur, sumptibus, quantum fieri possit, parcatur, vtilitigæ euitentur, rei ab  
in-

iniusto impetu pulsantium tuti reddantur, breuibus, vt solennibus inutilibus relictis, ordine procedendi summario, vti dicunt, ius suum cuique tribuetur. Enim vero curæ, inquam, sit, ordo procedendi summarius, curæ sit vtriusque partis ius, ne vitiligis a reo excitatis, eiusque calumniis iustæ actoris causæ iniusta iniiciatur mora, sumtibusque inutilibus is vexetur, aut nimis properata ac tumultuaria tractatione causæ, iustitia magis euertatur, quam vt reus ab his malis securus præsteret, neque huius defensio in illius læsionem abeat, sed utriusque litigantis in celeri tractatione ius sit securum, secundum §. 7. Certe non quæuis celeritas, in ordine tractandi lites in iudicio, commendanda est, si ea cum iniuria alterius coniuncta est. Multo minus quiuis disceptationum iudicialium modus, qui summarii processus nomine insignitur, quiuè speciem eius præ se fert, re ipsa talis est, qualem se esse mentitur. Sed non raro processus qui summarius dicitur, tantum minus solennior, nequiquam vero breuior atque celerior, & a sumtibus inutilibus magis vacuus est, quam ordinarius, & Labyrinthus est inextricabilis, ac confusus, qua nihil aptius ad lites ita impediendas, vt expediri iterum vix possint. Id mox accidit, simul ac in litibus pertractandis, sub obtentu omittendarum solennium, ipse ordo, quem recta ratio obseruandum docet, adeoque ad processus integritatem & substantiam pertinet, negligitur. In hanc obseruationem facile impingunt, qui summariam litium tractationem suadent, dum aut culpa, aut consilio ea, quæ ad rationalem ordinem summe necessaria sunt, prætereunt, adeoque ipsum processum turbant. Facile igitur quilibet concedet, quod hæcenus expositis cautionibus in celeritate iudiciorum ad modum sit opus.

§. VII. Quodsi hæc ad litis ingressum impediennes exceptiones applicem, & celeritatem lites, expediendi, ex his speratam secundum ea examinem; ordinem iudicium naturalem & breuiem iis ad modum turbari, iustitiam

omnino  
 uti obamq  
 ex impetibus  
 obsequo ad  
 natio etiam  
 ab

Transitio.



que impediri, deprehendo: earumque processus, & quid Doctores circa eum ex Iure Rom. adferunt, videtur mihi incurrere in reprehensionem, qua L. LAVINIUM notauit TERENTIUS in *prolog. Eunuch. vers. 7. seq.* his verbis.

Qui bene vertendo, & eas describendo male, ex

Græcis bonis Latinas fecit non bonas:

Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit.

Atque a thesauro scripsit causam dicere

Prius unde petitur aurum, quare sit suum,

Quam illic qui petit, unde esset thesaurus sibi,

Aut unde in patrium monumentum peruenerit.

Arguit scilicet TERENTIUS L. LAVINIUM, qui fabulam, cui est nomen thesaurus, ex MENANDRO vertit, quod introduxerit adolescentem, cuius seruus in patris monumento thesaurum inuenerat, præsentem sene quodam auaro, qui agrum in quo monumentum erat, ab adolescente emerat, atque thesaurum tanquam a se ob tumultum hostilem defossam, sibi vindicabat, cumque adolescens iudicem adiuisset, senex prius causam suam egerit: notatur ergo Lavinium quod partes actoris reo contra naturam iurisque consuetudinem dederit: adolescens enim probare debebat, thesaurum suum esse, senex autem tanquam reus causam tutari suam: quæ ex DONATI, PETRI MARSI *aliorumque commentariis ad hunc TERENTII locum obseruat* P. ANTESIGNANVS. Sane recta ratio iubet, quod si lis ordine pertractanda sit, vt in primis controuersia status rite formetur, de intentione actoris, deinde vero de intentione rei actori aduersa solliciti vt simus: & actori ante omnia factorum a se propositorum probatio incumbit atque imponenda est, antequam ad rei allegationes probandas properemus. Frustra enim disceptatur, an factum, in quo se fundat actor vitium habeat, aut an ius actoris iam sublatum & extinctum sit, prius quam constet, an unquam ius quoddam ipsi natum, aut factum celebratum fuerit. Quapropter ICII in omni processu quandam litis contestationem & responsionem rei

Observatio  
prima de im-  
pedimentis ex  
his exceptio-  
nibus oriun-  
dis.



de veritate eorum quæ ab actore proponuntur requirunt, & ad integritatem processus pertinere, merito arbitrantur, & ad integritatem processus pertinere, merito arbitrantur, *MMI vsad Process. Disp. 12. n. 13* cum impossibile sit, disputare ordine, nisi scias de quo disputandum. Inde est quod Doctores processus iudiciarii sollicitè distinguant declarationem rei, de veritate factorum ab actore prolatorum, ab exceptionibus rei, & quod has demum post illam regulariter exponendas esse velint: quod quidem non solemnitate festiuitatis gratia, sed confusionis & licium protractionis auertendæ causa, iure fit; quoniam proxima est confusio, ubi diuersæ istæ defensionum species commiscetur. Eandem ob rem tolerare nolunt libellum, in quo actor miscuit cum factis fundamentum actionis suæ constituentibus ea, quæ ad replicas pertinent, anticipando refutationem exceptionum a reo metuendarum, vtpote ex quo turbulentum iurgium, non processus legitimus, oriretur. Ast in omnia hæc præcepta optima ratione nixa, allegatione exceptionum litis ingressum impediendum peccatur; nam contra naturalem ordinem status controuersiæ, de veritate intentionis actoris, formatio omittitur, & ante probationem factorum ab hoc propositorum de veritate allegationum a reo obiectarum cognoscitur, ac prius quam confet, an actori unquam ius aliquod natum fuerit, frustra disquiritur, an ius illud iam sit sublatum & extinctum, simulque ordo litigandi peruertitur ac confunditur. Plane non video, cur hæc regulæ tantum aliquando obseruandæ sint, aliquando autem negligendæ: si enim ordini litigandi celeri inseruiunt, cur non obseruantur, & sine ratione ab iis receditur? si autem celeritati legitime obstant, cur non prorsus reiciuntur? Quæso quam ob rem litis contestatio conmutatur cum exceptionibus? quod dogmata adducta, & omnibus Ictis familiaria, non admittunt; qua de causa permittitur reo anticipatio, quæ actori non licet? Et quid fiet denique si actor iterum loco responsionis categoricæ nouas allegat replicas, & his

Obferuatio fe-  
sunda.

iterum duplicæ opponuntur? turbidæ quandoque fiēt, inquit, exceptiones litis ingreffum impediētes: fed inquam, turbidus femper fiet proceffus, præpofteratio ordinis iudicialii iniqua & folidatione defftituta; atque officiorum perfonis litigantibus priorum anafrophe inexcutabilis, & quæ inde fequitur, iuffitiæ dilatio.

§. VIII. Si porro in mentem reuocem, fugere effe reorum; fi animo contempler iuram & fauorem reorum, in legibus naturalibus fundata, ex quibus, actoribus nihil probantibus, rei abfoluendi funt, etfi nihil præftiterint; fi cum his conferam onera & pericula probantium: tantum abeft, vt mihi perfuadere poffim, has exceptiones aris fepe allegari, proceffui *celeriores, finit* tamen non iniuftum, *finem* imponendi caufa, vt potius grauiffima mihi præbeatuf fufpicio, imo conuincar de malo reorum hac in caufa confilio. Quis enim crederet, obfecro, tam profufa liberalitatis quempiam reorum effe exftitutum, ut remiffum actori onus probandi in fe transferri cupiat? Quin non opus eft conjecturis & fufpicionibus iudicare; effectus enim teftatur fat manifefte de caufa: nimirum poftquam exceptiones peremptoriae in vim litis ingreffum impediētium oppofita turbidæ, vt loquuntur, factæ, atque tanquam altiori indagine indigentes poft litis conteftationem reiectæ funt, reus ad actionem refponfurus, fine dubio facta, quibus aduerfarii intentio nicitur, falfa fi fint aut dubia faltem, negabit, ac vereor ex eo, quod vt plurimum fit, ne vera quoque facta fit negaturus. Noluit ergo conuentus actori probationem condonare, noluit onus aliquod allegationibus fuis in fe transferre: quid ergo voluit? certe nihil aliud, quam vt hoc sub prætextu ftudeat, refponfionem directam planam ac finceram ad contenta libelli detrectare & differre, vtque eo ipfo maiorem, quam fas & ius permittit, fugiendi & litem protrahendi occafionem nancifcatur.

§. IX.

§. IX. Ne vero quis putet, quod reus quidem nolit probationem auctori, iure ipsi impostam remittere, & onus probandi directio contrarium intentioni agentis in se devolvere; sed quod exceptiones ab intentione auctoris diversas opponat: repono, quod deducta de eadem re dicta sint & valeant, quæ studio brevitatis non repeto. Ulterius tantum insisto iis hoc argumento: aut reus scit, intentionem auctoris veritate niti, aut nescit, vel plane falsam eam esse scit. Si prius; cur non respondet directe, & eam ingenue fatetur, ac tunc allegationes suas profert, earumque suscipit, si negentur, probationem, si ipsi curæ sit, breviorum reddere litem? dimidia enim pars processus hoc modo transacta esset. Si posterius; cur non litem contestatur negando facta libello comprehensa, & requirit earum probationem ab auctore peragendam? Dum enim scit facta esse falsa; sciet quoque, vix possibilem esse eorum probationem. Si dubia sint facta, eorumque probatio possibilis, aut metuat ne corruptis testibus auctor iudici fidem faciat, falsa licet sit actio: nihil periclitabitur expectando probationem auctoris, & tunc demum subeundo probationem exceptionum suarum; quibus demum indiget, si actio vera sit, quæ quod naturalibus principiis consentanea sint, non opus est, prolixè enarrare; quod autem legum civilium sanctio idem probet, infra *ex l. 9. C. de Except. exponam*. Taceo quod minus periculum sit, expectare probationem, ab auctore perficiendam, quam ipsam in se suscipere; præsertim cum illo casu, etiam probatio contrarii reo liceat. Denique si quis diceret, reum falsæ quoque vel dubiæ intentionis probationem auctori remittere velle, iureque suo uti nolle: iterum quæro, cur non diserte actionem fateatur, cur non perspicue probandi necessitatem remittat, & tunc exceptiones exponat atque probet? Enim vero hanc nunquam seriam esse rei voluntatem, in præced. demonstratum est.

§. X. Nemo quoque inficias ibit arbitror, quod, quo

Observatio  
tertia.

Observatio  
quarta.

Observatio  
quarta.

quo plura sint litis contestationis impedimenta, eo maior sit occasio, vexandi actores, & lites protrahendi. Id ipsum enim non solum quotidiana experientia docet in exceptionibus dilatoriis, sed etiam inde apparet, quod eo plures & prolixiores oriuntur disputationes, & quaestiones litis accessoriae, quae sine dubio celeritatem processus impediunt. Praesertim cum eo maior detur materia appellandi, aliave remedia suspensiva interponendi: quaecumque enim sententiam tulerit iudex, semper alteruter, se grauatum esse, existimabit in tanta Doctorum de his exceptionibus discordia, quam §. 5. exposui. Et sic sane entia multiplicantur praeter necessitatem, in alterius iniuriam.

Observatio  
quinta.

§. XI. Non parum conducet ad cognoscendam penitus ineptitudinem harum exceptionum in abbreviandis, & vim in protrahendis processibus, si perpendantur incommoda, quae ex ipsa vulgaris doctrinae hypothesis fluunt. Vt autem auctoritati auctoritatem statim in initio opponam, quo iis aliquid dem, qui nil nisi auctoritates admittunt, suspensas eas admodum reddidit *LYDOVICI Einleitung zum Civil Process. C. XIV. §. IV.* Is scilicet, etsi §. 3. extra omne dubium positum esse censuerit, quod omnes peremptoriae exceptiones in continenti probabiles sint litis ingressum impediennes, diserte docuit, quod in processu executione ante recognitionem documentorum locum non inueniant exceptiones litis ingressum impediennes, licet vel maxime reus ad eas probandas proferat documenta liquida, sed quod ante omnia fieri debeat recognitio documentorum ex quibus actor litem ipsi intulit. Quod si ergo exceptiones istae aliquid facerent, ad celeritatem iustitiae administrationem, cur non pariter admittendae essent in processu executivo quam ordinario? in quo eo magis audiendae essent, cum in isto processu ordinarii apices non tam solliciti attendi debeant. Si vero eiusmodi allegationes brevitati & naturae summi processus contrariae sint, eique moras iniiciant; quo modo ex illis in processu ordinario emolumentum sperandum

dum erit, ac prompta & parata in iustitia administranda celeritas.

§. XII. Requiritur omnes, qui has exceptiones defendunt & reo suadent, vno ore, vt sint in continenti liquidæ; eas autem, quæ altioris sunt indaginis & turbidæ factæ, reiciunt post litis contestationem. At hoc modo raro proderunt quicquam istæ allegationes, plerumque enim de iis non liquet in continenti, sed turbidæ fiunt: de cuius rei veritate experientia forensis non solum est magistra, verum etiam mox ex liquidis argumentis apparebit. Quin si iterum auctoritatem virgeas, nec hæc deerit: sic DANIEL MOLLERVS, quem supra citavi, qui tamen tantum tres exceptiones nempe transactionis rei iudicatæ, & iurisiurandi huc retulit; in *Semesribus Lib. I. Cap. I. §. 2.* de iis ingenuum hoc iudicium tulit: *Semper tamen fere, quod altioris indaginem requirant, reiciuntur; & reo litis contestatis iniungitur, licentia illi concessa, post litem demum contestatam in vim peremptoriarum iis, se velit, vt utatur.* Cum autem plerumque turbidæ fiant, sane quoque plerumque in iis disceptandis frustra tempus teritur, & sumtus inutiles actori efficiuntur, simulque & processus & iustitia fere semper protrahitur. Etsi enim dicas, aliquando tamen rem aliter se habere posse: scire tamen debes, quod leges prætereant, id quod semel atque iterum fit. *L. s. D. de LL.*

§. XIII. Verum paulo distinctius adhuc secundum ipsius negotii naturam considerandum & deducendum est, quam raro hæc exceptiones in continenti liquidæ fieri, & statim probari possint, sed quod plerumque illiquidæ sint, & altiore disquisitione indigeant, aut quæ incommoda ex iis nascantur. Et quidem initio moneo, quod si nihil esset, vnde exceptiones istæ illiquidæ sint iudicandæ, & turbidæ reddi possint, si nihil aliud ad esset, vnde mora iustitiæ iniiceretur; ipsam liquidum erit illud, quod ista omnia superflue efficere poterit. Quot enim & quantæ sunt controversiæ, quando talis exceptio dici possit in continenti

Observatio  
sexta

Observatio  
sexta

Observatio  
septima

C

re rei liquida, qua nec legibus illis provincialibus, qua eiusmodi defensionem reo concedunt ante litis contestationem, perspicue sunt definita. Dissensus hos iam §. 5. commemoravi, ideoque eos hic non repetam, sed tantum notabo, quod utriusque litigantium iis ansa praebeatur, instituendi disceptationem prolixam ac pene inexplicabilem an exceptio a reo prolata sit liquida in continenti, nec ne: quamcumque autem opinionem ex tot contrariis, aut altera pars, aut iudex elegerit, altera pars poterit semper in contrariam ire sententiam, eamque pro virili tueri donec sat sumtum & temporis consumtum sit.

Observatio  
octava

§. XIV. Quicquid autem dicas in continenti liquidum, semper fere, exceptiones litis ingressum impediennes indigebunt altiori indagine & fient turbida, ut DAN. MOLLERVS existimat. Aut enim desideras actoris confessionem, aut admittis probationem minus solennem & imperfectam, aut requiris solennem & perfectam. Posterior sane non affirmabis; aut si affirmare velles, regererem ex §. 8. & 9. quare non respondeatur ante omnia potius ad contenta libelli, & cur turbato ordine iudiciario reprobationem seu probationem exceptionum ante actionem & formationem status controversiae instituas, quodnam emolumentum inde expectes, quomodo tibi differat in continenti liquidum & altioris indaginis esse? Ergo certe prius cupies: sed aequae infelici successu.

Observatio  
nona

§. XV. Vix sperandum erit, quod ex actoris confessione exceptio rei futura sit in continenti liquida. Namque actor consilia rei imitabitur, atque pari modo, ut reus, facit, studebit evitare responsionem directam atque perspicuam ad exceptionem rei; adeoque exceptio non fiet statim liquida, orietur potius acerrima disputatio, an actor prius reo, an reus prius actori respondere teneatur; in qua questione discutienda facile tantum, ne dicam maius, temporis spatium absumitur, intra quod, si reus ad actionem negando respondisset, probatio ab actore peracta fuisset. Neque video, quod

quod salva æqualitate iurium & ordine naturali actor cogi possit, vt respondeat prius reo, quam hic illi: maxime cum omnium in ore sit regula iuris: *exiipiendo reus sit actor.* Quapropter præpostera potius est, & genuina ratione destituta, anastrophe, vti §. 67. deductum est, quam laudari possit sententia, quam hoc in casu quidam Icti ferre solent ac commendant, & his verbis concipere solent: *Dass Kläger sich auf die exceptionem litis ingressum impediendem einzulassen schuldig.* Adde huic adhuc, quod iudici aut statim aperte liqueat de exceptione, quid tunc opus erit actoris responsione, & cur non potius statim reus absoluitur, aut non liqueat, cur non reiecitur exceptio post litis contestationem, imposita reo necessitate respondendi ad actionem? si autem actor allegationes rei absolute ac directe nullis adnexis nouis defensionibus, nullaque de iure mota controuersia fateretur: tunc sane quicquam prodesset reo: aut tunc nulla erit controuersia, idque me non tangit, cum quilibet iuri suo renunciare possit: atque eiusmodi casum, aut nunquam aut semel per seculum existitutum, parum curo.

§. XVI. Expendendum nunc amplius occurrit, quomodo citra confessionem actoris, eoque forte exceptiones negante, in continenti de iis iudici fidem, facere possit reus extraordinaria probatione: ubi initio sese considerandum offert tempus; quo probatio ista pragenda sit. Pauci hac in re assentiunt iis, qui nullam aliam admittunt probationem, quam quæ a reo vna cum oppositione allegationum suarum atque in primo termino offertur, plerique in diuersam abeunt sententiam, atque primo termino & 7<sup>o</sup> in continenti durationem quandam ac latitudinem tribuunt, forsan quoque ni fallor etiam dabunt longitudinem: quippe existimant, quod negata ab actore exceptione, aut obiecta oppositione quod non sit liquida, rei offerenti se ad eam liquidam faciendam, indulgendum sit spatium intra quod præstanda præstet. Huius spatii deter-

Observatio  
decima.

obseruatio  
ambabat

terminationem arbitrio iudicis relinquunt BERLICH P. I. *Concl.* 29. num. 10. MENOCH. *de Arbitrar. Iud. quest.* c. 7. n. 13. VMMIVS *cit. loc. Disp.* 8. Th. 9. §. 57. Alii id in continenti fieri existimant, quod intra mensem fit, RICC. *in Prax. forens. Eccl.* P. III. Ref. 479. Alii indulgent sex septimanas CARPZOV. P. I. c. 8. *Decis.* 13. MARTINI *cit. Comment. ad Ordin. Iud. Sax. ad Tit. XI. §. 3. n. 2.* Quidam denique id accipiunt pro omni illo intermedio temporis spatio, quo disputatur super exceptione peremptoria, an litis contestationem impedire debeat, donec concludatur in causa, additis insuper variis limitationibus, ob quas ne hoc tempore quidem finiatur probatio in continenti peragenda LANG. *Magog. Cap. XXI. §. 319.* Patet ex his, quod ordinarius probandi terminus sub probatione in continenti facienda comprehendatur, quamvis sententiam ex aductis sequi lubeat: adeoque illud tempus, intra quod actor actionem suam probare debuisset & potuisset, atque de iure eius facile constare potuisset, plerumque frustra in disputatione de liquiditate exceptionum absumitur, *per antea deducta.* Prætermitto moras quasnectere possit reus, aut petendo dilaciones termini, aut negligendo eum: taceo lites quibus, hoc modo occasio datur.

Obseruatio  
vnde c. 111.

§. XVII. Ipsa media quod concernit, quibus in continenti probatio exceptionum perficienda est, ea non minoribus incommodis premi mihi videntur. Si enim cum VMMIO *cit. loc.* testes huc referamus, quos reus in præsentia habet, & de quibus iudici iterum arbitrium relinquunt: aut ordinario modo testes examinandi sunt, aut extraordinario & minus solenni per modum demonstrationis, vti dicunt, & summario examine instituto. Priori casu non differt probatio in continenti a modo probandi ordinario, quem tamen omnes demum post litis contestationem collocant & tanquam rem altiores indaginis affirmant, tam propter solennitates, quam articulorum & testium habilitatem, atque interrogatoria & alia huius gene-



ris plura: nec scio quam exceptio tunc manebit simpliciter peremptoria atque altioris indaginis post litem contestationem opponenda & deducenda, adeoque tota regula processus iudicarij de iis post litem contestationem demum proponendis, & de litem contestatione categorice facienda atque formando statu controuersiae absorbetur & peruertitur per exceptiones litem ingressum impediens. Posterior vero summarium scilicet testium examen sine iniuria actoris admitti nequit: priuaretur enim actor iuribus & beneficiis quae in commodum eius, contra quem probatio suscipitur, legibus indulta sunt, atque reus, contra iuris regulam & actore inuito, ex qualibet causa ordinaria & ordinario litigandi modo tractanda, facere posset causam summariam; simulque reus, si exceptio litem ingressum impediens non prorsus calumniose obiecta sit, sed quaedam suspicio de ea effici posset, intendit ut imperfecta & superficiaria probatione exceptionis, quam legitime probare desperat, elabatur actione. Vteris itaque iurisiurandi delatione. Enim vero haec aequae commode & facile adhiberi posset post litem contestationem propositis exceptionibus, quam ante eam: nec rationem video ob quam iurisiurandi delatio regulam & ordinem processus destruere debeat, aut quid inde reus lucri capiat iusti, si ante responsionem ad actionem iurisiurandum inferat; atque hac conditione iterum tota regula de formando ante omnia statu controuersiae intuitu actionis & respondendi ad eam necessitate absorbetur, mireque partes processus inuicem commisceantur. Adde quod & de hoc probandi medio plerumque tales moueantur controuersiae, ut raro in contententi liquida inde sit intentio, dum & ipsa delatio iurisiurandi an obtineat, an is, cuius conscientia sollicitatur, id accipere teneatur, nec ne, disceptationem & diiudicationem requirat: taceo quod actor probatione pro exoneranda conscientia aliisque artibus celeritatem, quae obtinetur, mox auertere possit. Nec obstat quod ipsi actori

tunc imputandum sit, quod probatio exceptionis non sit in continenti liquida: sufficit enim, quod exceptio tunc non possit dici in continenti liquida, sufficit, quod alio-rem requirat indaginem atque turbida fiat, æque ac si actor replicationem exceptioni opponat, de qua re mox tractandum, sufficit quod finis, quem sibi Icti persuadent his defensionibus obtinendum, celerrime scilicet lites expediendi, obtineri ne queat; penes quem quoque culpa sit: neque semper actor de acceptandi iusiurandum necessitate disceptans calumniæ argui poterit: sat multæ quippe superfunt rationes, ob quas actor forsitan bona fide iusiurandum renner, dum constat, non quamlibet iusiurandi declarationem coniunctam esse cum obligatione id præstandi. Et quid actori irascendum magis quam reo, dum æque, vi reus responsionem ad actionem anolliri studet, declarationem de veritate intentionis rei fugit? Idem iudicium ferendum de probatione in continenti per documenta facienda, de quibus omnia, quæ iam iam de testibus & religionis illatione deducta sunt, valent. Quæ enim lites de obligatione ad recognoscendum, aut quæ sint documenta liquida, agitantur? Quid ve fiet, si actor ad diffensionem paratus sit. Deinde non omnis recognitio documentorum statim etiam confessionem & probationem eius, de quo ea producens fidem facere vult, infert; sed recognoscuntur saluis exceptionibus; adeoque & hoc modo auiorem res requireret cognitionem: si vero istæ exceptiones non debeant attendi: iterum actori manifesta iniuria infertur; adde his dicta §. II. Enimvero publicis & iudicialibus documentis probationem statim fieri posse adstrues, quoniam ista recognitione non indigent. Equidem inficias non ibo, quod facilius his mediis expediri possit probatio. Sed constat etiam inter omnes, quod etiam ista documenta in nonnullis locis agnitione indigeant; deinde nec ista documenta omnes exceptiones respuunt, sed sæpe in quæstione est, an id, ob quod proferuntur, per

IMPEDIENTIBVS IVSTITIAE IMPEDIMENTIS. 23

per ea probetur nec ne. Quin licet hæc mittere vellem, omnia tamen incommoda, quæ generatim in §. §. *antece-*  
*dentibus* deduxi, & in fequentibus adhuc sunt exponenda, pariter premunt exceptiones litis ingrefsum impediētes, fiue per documenta publica fiue alio modo probatio carum peragenda fufcipiatur.

§. XVIII. Quocunque enim modo eas in conti-  
 nenti liquidas facere poffe exiffimet, mox actor eas red-  
 dere poterit altioris indaginis atque turbidas, tam repro-  
 bationem vrgendo, quam replicas opponendo. Quodfi  
 ergo reprobatio actori concedatur; fatis patet, quod ex-  
 ceptio non fit in continenti liquida, & ordo procedendi  
 magis magisque turbetur; fi autem ea actori denegetur; meri-  
 to de iuftitiæ denegatione quærelas mouebit, atque iniquus  
 rei fauor in aprico erit. Idem eft fi exceptioni, quocun-  
 que modo liquidam eam reddere velit reus, actor in re-  
 plicis nouas opponat allegationes. Has enim, licet folli-  
 citam & accuratiorem magis requirant cognitionem, tam-  
 en fine aperta iniquitate & contraditione, vel ideo  
 non poterunt reiicere ICTi, dum concedunt, quod actor,  
 in proceffu executiuo agens, rei exceptioni in continenti  
 liquidæ opponere poffit replicationem altioris indaginis  
 BERGERVS *Elect. Proc. Execut. §. 38.* Hoc autem pofito, qui-  
 cunque deprehendere poterit, quod tam exceptiones litis  
 ingrefsum impediētes, quam totus ordo procedendi con-  
 turbentur atque confundantur. Non quidem ignoro,  
 quod MARTINI *cit. Comment. ad Tit. XI. §. 8. num. 3.* cum  
 quibusdam aliis ICTis, quos anteftatur, velit, vt reus, fi  
 replica fit illiquidæ abfoluatur, & actor ad probandam  
 replicationem admittatur. Verum non video, quo iure  
 & ex qua ratione id afferi poffit, id autem sentio, quod  
 abfonum fit, reum ideo abfoluere velle, atque quod hoc fa-  
 cto proceffus adhuc turbulentior reddatur, dum ne-  
 glecta actione, abfurdioræ præpofteratione de replicatione  
 di-

oboharoldo  
 nitrat anib

Obferuatio  
 duodecima

disceptatur. Sed fieri ita solet, vt ad admissio vno, absurdum, plura mox superflue inderedundent.

Observatio de-  
cima tertia.

§. XIX. Paucis etiam mentio facienda eorum incommodorum, quæ in celeri iustitiæ administratione runc maxime nascuntur, si exceptiones litis ingressum impediētes liquida non sunt, sed a iudice post litis contestationem reiciuntur. Videlicet dum sibi persuadent ICri, quod hæ exceptiones ante iudicium ceptum litem perimere possint; reum iis oppositis ad iudicium suscipiendum cogi non posse aiunt, adeoque ab euentuali litis contestatione, quæ secundum regulam fieri deberet, eum liberant, VMM. cit. loc. MARTIN. cit. Tir. XI. §. 7. n. 29. seq. ibique cit. Statuta ac ICri. Non dubito quemcunque deprehensurum esse protractionem litium, quæ inde efficitur; si modo consideret, quam salubri consilio Imperii legibus & provinciali iure constitutum sit, quod litis contestatio exceptionibus dilatoriis euentualiter addi debeat, quo calumniis reorum, moras neclere studentium, obuiam eatur. Adferes forsitan huic malo consilium; quod pasim Statuta processualia iam constituerunt, vid. MARTINI cit. loc. dices scilicet, quod legali sanctione constituendum sit, vt reus etiam exceptionibus litis ingressum impediētibz euentualiter iungere debeat litis contestationem. Sed nihil efficies: quemadmodum enim constat, quod in dilatoris discutiendis multum temporis & sumtuum frustra consumatur: ita sequitur quod iis actis & amplificatis, occasio eiusmodi incommodorum augeatur. Atque notes velim quod hoc modo exceptionis litis ingressum impediētis inutilitas magis aperta fiat: aut enim reus in subnexa euentuali litis contestatione fatetur actionem, quid tunc prodest antea exceptionem proposuisse; aut negat eam, & quid tunc ea indiget? per deducta §. 8. & 9. Nec exiguum est breuitatis litium impedimentum, cui hæ exceptiones causam dant, quando forsitan iis remotis, reus litem contestari iussus, actionem postea negare vult, negatio autem

autem ista exceptioni in exordio litis oppositæ contraria sit: prolixa enim & satis ambigua disceptatio instituitur, an reus tali exceptione factus sit intentionem actoris, an vero eam adhuc ipsi negare liceat, & quomodo hæc coherere possint. Nam licet non ignorem vulgare dictarium, quod ex *L. 9. D. de Except.* deriuant: quod qui excipiat non fateatur; scio tamen quod non omnes Icti huic brocardico absolute subscribant, sed ex iustis rationibus ab eo non nunquam recedendum esse existement, nec contrariarum exceptionum oppositionem admittere velint *conf. CUIAC lib. 9. Obseru. 36.* habebunt igitur litigantes hoc casu, quod in vtramque partem disputabunt. Accedit præterea alia lisæque dubia, quæ ex reiectione exceptionum litis ingressum impedientium euenit, an sc. ex post litis contestationem tanquam simpliciter peremptoriæ iterum locum habere queant, maxime si iudex eas in sententia reo non reseruauerit, adeoque non addiderit clausulam, quam commendant: *es werden ihm aber seine exceptiones, so viel deren erheblich, nach beschehener Kriegeres Befestigung zerstücklicher Weise einzumenden billig vorbehalten.* Sed concedam quod plerique Doctores, quorum dogmata multis in locis legibus approbata sunt, istas defensiones reo iterum post litem contestatam concedant, etsi per sententiam reseruata non fuerint *MARTINI cit. §. 7. n. 6.* & quod reseruatae sint *EX BARTOLI auctoritate ac FRANC. DE ALB. ratione, quam refert BLANCVS cit. loc. quoniam exceptio, quæ opponitur in iudicio preparante, quæ requirit altiore indaginem, venit examinanda in iudicio preparato:* certe tunc ex istet controuersia non adeo facile expedienda, an eo casu earum probatio permittenda sit reo, simulque an ipsæ locum habeant nec ne, si earum probationem, quæ in continenti fieri debebat, seu intra spatium a iudice ex arbitrio præfixum, ante litis contestationem neglecto termino præfixo deseruerit reus. Neque illa iniquitas omittenda erit; admissa iterum post litis contestationem exceptione semel turbida facta,

D

cuius

cuius probationem reus ante litem contestationem subierat, vel saltem cuius probandæ terminus ipsi indultus erat, quod reo duplex probatio, & duplex probandi spatium, cum detrimento actoris concedatur, cum tamen dilatio probatoria, prima licet sit, statim debeat esse peremptoria: simulque actor cum temporis, & frustraneorum expensarum iactura inuitus in prolixum processum a reo trahitur, quod incommodum tali exceptione reus a se amoliturum simulabat; adeoque de fraude eius inde superflue constat. Nec aliquid proficeret, etsi quis dicere vellet, quod pleniore probatione reo ante litem contestationem permissa, ea postea ipsi iterum concedenda non sit. Namque semper defensionis fauorem urgebit reus, atque quod in dubio præstet, eum audire quam condemnare, eoque ipso noua lis emerget, de probationis denegatione. Præsertim cum vix vnquam dici poterit ex hypothesi vulgari, quod ante litem contestationem plenior probatio peracta fuerit, dum testes multi non admittunt, dum breuiorem instituire cognitionem præ se ferunt: quod si autem plenior factam esse cognitionem, adstruere quis velit, tunc sane ipse fateretur, quod probatio in continenti liquida verbis non re ab ordinaria probatione differat.

An hæ exceptiones fundamentum in Iure Rom. habeant.

§. XX. Dictum est §. 5. quod Icti exceptiones litem ingressum impediunt tam ex Iure Romano, quam ex Iure Canonico deriuare studeant: itaque vti in antecedentibus deductum est, quod iustis principiis celeris processus illi litium tractatio non conueniat, breuibus erit exponendum, quatenus ex Iure Romano & Canonico defendi possit disceptatio exceptionum rei ante responsionem ad actionem, & quomodo Latii leges ad fora Germanica applicari queant. Quod ad Ius Romanum attinet, vix licebit inde hæc reorum munimina deducere, si inspiciamus *L. 9. C. de Exception.* hæc potius exacte composita est ad principia *supra §. 7. & 8.* exposita. Expedit autem, cum omnes ad Ius Romanum prouocent, vt ipsa legis verba describam: vide-

videlicet IMPERATORES DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS re-  
 scripserunt hunc in modum: *Si quidem intentionem actoris*  
*probatione deficere confidis*, NULLA TIBI DEFENSIO NECESSA-  
 RIA EST. *Si vero de hac CONFITENDO, EXCEPTIONE te mi-*  
*nitum esse asseueras, de hac TANTVM AGI conuenit.* Nam  
*si etiam de intentione DVBITAS: habita exceptionis CONTESTA-*  
*TIONE, TVNC DEMVM, cum intentionem suam secundum asse-*  
*verationem suam petitor probaueris, HVIC ESSE LOCVM MON-*  
 STRARI CONVENIT. Luculenta satis hæc sunt, vt non opus sit,  
 commentatione superflua soli lumen inferre. Ego magis  
 existimo, quod secundum hanc legem accipienda sint,  
 quæ aduersa sentientes ex Iure Romano proferunt *secundum*  
 §. 5. Quid ergo dissentientes ex Iure Romano præsidii sibi  
 persuadere possint, non video. Enim vero commemora-  
 ui *supra* §. 5. rationes, quæ ex processu Romano antiquo  
 pro contraria doctrina proferuntur: has ergo breuibus vt  
 expendam, meum est. Consistebat autem, vt rem breuiter  
 exponam, maxima earum vis in eo: quod prætores causa  
 cognita demum actionem & iudicium concesserint, inde-  
 que sæpe iudicium propter rei exceptiones denegauerint,  
 idque maxime factum sit, si eiusmodi defensionibus reus  
 vsus fuerit, quibus intenderet, actori nequidem stricto  
 iure ius unquam competiisse, aut, quod competierit, ipso  
 iure sublatum esse. Verum quidem est, quod hoc modo  
 comparata fuerit litium in foro Romano tractatio: minime  
 autem inde defendi potest exceptionum litis ingressum  
 impedientium ante responsionem ad actionem & litis con-  
 testationem discussio. Prorsus enim non sequitur, quia  
 non nisi causa cognita iudex pedaneus a prætore additus,  
 vel actionis formula actori ad iudicem data fuit, ergo pla-  
 ne non respondit reus ad actionem, sed ante omnia de ex-  
 ceptione eius disputatum fuit. Ecquisnam probare po-  
 terit, quod nulla rei responsio facta sit, de intentione  
 actionis se declarandi causa, antequam ad iudicem peda-  
 neum venisset? Certe contrarium docet tota ratio pro-  
 cessus

cessus Romani antiqui & eorum quæ coram prætoribus agita-  
bantur, seu *in iure fieri* dicebantur. Ipsa nimirum cog-  
nitio, cum qua iudicium concedebatur prætor, id ipsum suffi-  
cienter indigitat: cum non credam, quemquam auctorem  
esse dicere, istam cognitionem tantum rei exceptiones  
attingisse. Ac si quis tale quid asserere vellet, obstabit ipsi  
locus CICERONIS *Partit. c. 28.* quem pro hac cognitione ci-  
tari §. 5. accepimus, in quo hæc relata esse legimus:  
*atque etiam ante iudicium de constituendo ipso iudicio solet  
esse contentio, cum aut, sit ne actio illi, qui agit, aut iam-  
ne sit, aut num iam esse deserit, aut illane lege, hanc ver-  
bis sit actio, queritur: quæ etiam si ante quam res in iudi-  
cium venit, aut concertata aut diiudicata. aut confecta non  
sunt: tamen in ipsis iudiciis permagnum habent pondus.*  
Deinde ita ait: *quare de constituendis actionibus accipiendis  
subeundisque iudiciis, de excipienda iniquitate actionis, de  
comparanda equitate, quod ea fere eius generis sunt, ut,  
quanquam in ipsum iudicium sæpe dilabuntur, tamen ante  
iudicium tractanda videantur, paululum ea separo a iudi-  
cis, tempore magis agendi, quam dissimilitudine generis:*  
IDEM II. de Inventione ait: *ibi, scilicet in iure, enim & ex-  
ceptiones postulatur, & quodammodo agendi potestas  
datur, & omnis conceptio priuatorum iudiciorum constitui-  
tur.* Ex his locis, quos cum GERHARDO NOODTIO  
de *Iurisd. Lib. I. Cap. XV.* & BROIDAFIO in *Prætermiſſis  
ad FRANC. POLLETI Hist. Fori Rom. Lib. V. Cap. IV. p. 247.*  
qui adhuc FABIVM *lib. 3. c. 6. Inst. Orator.* addit, in meos  
usus deriuo, abunde constat, quod in iure cognoscendo  
de iudicii constitutione, non de sola exceptione rei, sed  
de ipsa actione eiusque postulatione, & rei contradic-  
tione disceptatum fuerit: ita ut, quæ in iure fierent, atque de  
quibus testes aduocabantur, adeoque etiam litis contesta-  
tio, speciem totius futuri iudicii continerint; cum quæ-  
siones istæ, de quibus in iure contentio, plerumque in  
iudicium dilaberentur: *Conf. NOODT: cit. loc. & Pollet. Hist.*  
For.



For. Rom. c. IV. § V. minime itaque inde colligi potest, quod, quia ante iudicium cognitio interuenerit de eo constituendo, rei ergo responsio non fuerit attendita. Porro idem colligendum est ex formulis, quibus in iure petitor actionem edebat; nam quid sibi uoluissent uerba solennia? *aio rem meam esse, mihius esse, te mihi dare facere oportere* & similia, quid uindictæ & contrauindictatio, quid uerbare? *imo me meum esse aio; unde tu manum consertium uocasti inde ego te reuoco, nego me tibi dare debere* &c. quid sacramenta & sponfiones his uerbis? *quando negas, sacramenta, te prouoco*: cur prætor reum tacentem pro negante habuit? quid denique erat iudicii puri datio? si reus non in iure actioni respondisset, quæ omnia latius explicant ex FESTO & ISIDORO BRODEVS *cit. loc. c. IV. § V.* SIGONIVS *de Iud. l. 21.* BRISSON *de Form. Pop. Rom. V.* Deinde aduertendum est, quod non solum exceptio intentionis, quam facti dicunt, qua obtenditur, actoris intentionem nec stricto quidem iure fundatam esse, sed etiam exceptiones quas iuris dicunt, seu quibus actio stricto iure competens ex æquitate elidebatur, in stricti iuris iudiciis coram prætore fuerint contestandæ NOODT *de Iurisdict. l. IV.* Quin etiam exceptiones, quibus ipso iure intentionem actoris fundatam non esse adstruebatur, aut ob quas actio non dari dicebatur, non semper coram prætore fuerunt discussæ, sed sæpe in iudicium deductæ; ut apparet ex exceptione doli in iudiciis bonæ fidei, & iurisiurandi *uid. l. 3. D. de Rescind. uendit. l. 38. D. de Hered. petit. l. 9. D. de Iurisiurando*; quemadmodum ex aduerso exceptiones, quæ iuris dicuntur, non raro ipse prætor sine iudice executus est, quod iterum exceptio doli in contractibus stricti iuris probat *l. 1. §. 5. D. de Dol. mal.* prout scilicet aut de facto aut de iure tantum contenderetur. Memores enim esse debemus, quod prætor in quæstionibus iuris, atque ubi de iure & æquo dubitaretur, ac cum opus esset, ut ob defectum formulæ extra ordinem subueniret, ipse interuenerit,

quando autem de facto, quod chirographo aut testibus demonstratur, contentio oriretur, iudicem dederit: quod pluribus illustrat NOODT *cit. tract. C. VIII.* Ex his facile colligi potest, parum apte hæc omnia ad fora Germanica applicari: in his enim non sunt distincti prætores a iudicibus, non addicuntur iudices pedanei: nullæ sunt formulæ actionum, & exceptionum, nulla distinctio inter actiones bonæ fidei & stricti iuris, inter id quod ipso iure non competit, & ope exceptionis tollitur, inter exceptiones facti & iuris, nec exceptiones litis ingressum impediens iuris sed facti quæstionem continent, non est impetranda a magistratu actio aut exceptio. Differt admodum in his iudiciis litis contestatio, consistens in declaratione directa de veritate factorum ab actore propositorum, a Romana illa testium inuocatione de omnibus in iure pertractatis quoad actionis editionem, rei contradictionem, interrogationes, exceptionum oppositionem, sponsones, formularum & iudicium impetrationem: nulla occurrit ante litis contestationem contra vindictio, aliave responsio intentioni directo contraria. Non differunt itaque fieri in iure & fieri in iudicio, nulla indigemus contentione ante iudicium de iudicio constituendo. Proinde semper admittenda est actio & iudicium; nisi ita sit comparata intentio petitoris, ut, etiamsi facta ab eo proposita vera sint, nexus tamen iuris illis deficiat. Sed hoc casu non opus est exceptione litis ingressum impediens tanquam peremptoria; cum libellus hoc modo vere sit ineptus, utpote cui tunc causa agendi deficiat, necesse est. Quemadmodum nec tunc opus est exceptionibus litis ingressum impediens, si quid negerur, quod ad ipsum fundamentum valide agendi pertinet, quorsum exceptio non impleri contractus & non numeratæ pecuniæ referenda: nam huius rei probatio pertinet ad probationem intentionis actoris, adeoque non ad præliminaria, sed ad ipsam causam principalem spectat, & in ipsa principali parte processus, post litis contestationem, dum

actor

actor fundamentum actionis suae probat, simul huius rei probatio peragenda est. Abunde igitur ex his constabit, quod exceptiones litis ingressum impediens nec in iure Romano sint fundatae, nec pro iis defendendis ex processu Romano ea, quae ante iudicium acceptum contendebantur, ad ordinem tractandi lites in foris Germanicis apte applicari possint: simulque efficitur, quod fundamento destituitur tota subtilitas, ne de exceptione litis ingressum impediens pronunciari debeat: *Dasß Beklagter von der angestellten Klage zu entbinden, sed dicendum sit: Dasß Beklagter auf die Klage sich einzulassen nicht schuldig: falsum enim est, quod istae exceptiones non merita causa, sed iudicium constituendum concernant, aut concernere debeant, vt persuadere volunt I Cti dictis §. 7.*

§. XXI. Denique inquirendum est, quid Ius Canonicum de hac re constituerit: sufficiat autem vnicum textum euoluere nimirum *c. 1. De lit. Contest. in 6to*, in quo omnes fundamentum harum exceptionum quaerunt. Ut autem res clarius pateat, totum textum apponere con-  
 ducet; est vero hic eius tenor: *EXCEPTIONIS PEREMTORIAE, seu defensionis cuiuslibet cognitionem principalis negotii contingens, ANTE LITEM CONTESTATAM OBJECTVS; nisi de re iudicata, transacta, seu finita excipiat litigator; LITIS CONTESTATIONEM NON IMPEDIAT NEC RETARDET: licet dicat obiector, QVOD RESCRIPTVM NON FVISSET OBTENTVM, si quae sunt impetranti opposita, FVISSENT EXPOSITA DELEGANTI.* Sensus huius capituli satis planus est: apparet nimirum ex verbis finalibus, quod textus hic maxime pertineat ad iudices delegatos, aptus tamen simul ad alios iudices sit, qui instruuntur, in quantum attendere debeant exceptiones rei peremptorias, si ille iis litis contestationem retardare studeat, eas ante litem contestatam opponendo. Eumque in finem pro regula constituitur, quod nulla exceptio peremptoria ante litem contestatam locum habere debeat, vtpote qua litis contestatio retardetur; idque ita  
 effer-

Quatenus eas  
 lus Canonicum & inprimis c. 1. de lit. Cont. in 6to probet.

effertur: EXCEPTIONIS *peremptoria* CUIUSLIBET *ante litem contestatam*, OBJECTVS, LITIS CONTESTATIONEM *non* IMPEDIAT, *nec* RETARDET. Ampliatur postea hæc regula, simulque explicatur, quod firmiter huic regulæ insitendum sit, etiam si reus obtendat, se talem habere exceptionem, qua demonstrare posset, actoris intentionem adeo inualem atque iuri contrariam esse, vt si deleganti fuisset nota, is rescripto iudicem delegaturus non fuisset, quorsum pertinent verba: *licet dicat obiector, QVOD RESCRIPTVM NON FVISSET OBTENTVM, SI QVÆ SVNT IMPETRANTI OPPOSITA, FVISSENT EXPOSITA DELEGANTI.* Exciipiuntur tamen tres species exceptionum peremptoriarum, quæ ante litem contestationem locum inueniant, scilicet: *si litigator excipiat de re iudicata, transacta, seu finita*, id est quod lis, de qua iam disceptaretur, iam antea fuerit agitata atque iam composita re iudicata, transactione, seu finita, sine dubio per iusiurandum, maximum litium finiendarum medium. Nec destituitur hic textus plane omni ratione, ob quam his tribus exceptionibus singulare ius constituit: nempe quod non deceat, vt lis semel finita & decisa, ita vt pro veritate habeatur decisio, facile refuscitetur, de qua sine, liti ipsa iudicis auctoritate imposita, ex actis iudicialibus constare possit. BERGERVS *Elect. disceptat. forens. Tit. XXXIX. Obseru. III.* Sed ex ipsis huius textus verbis: *seu finita* alios suam quoque doctrinam defendere, iam dictum est §. 5. ita vt dicant, hæc verba intelligenda esse, de exceptionibus, quæ ipso iure actionem tollunt, vel prorsus de omnibus peremptoriis exceptionibus. Attamen nimia credulitate aut præcipitantia decipiuntur ita ferientes, & principii petitionem committentes supponunt significationem verborum, quæ tamen a proprietate loquendi aliena, atque æque incerta est, quam id, quod per eam probare volunt, imo torta est, ac cum antecedentibus & consequentibus adeoque cum mente auctoris parum coherens. Quomodo enim dici poterit, quod Pontifex in mente habuerit, di-

distinctionem inter exceptiones facti & iuris, inter id quod ipso iure actori non competit, & id quod quidem stricto iure competit, sed ope exceptionis elidendum est? cum tamen subtilis hæc, & Romanis propria distinctio, nec eo tempore obtinuerit, nec ad iudicia applicari potuerit, quæ ne quidem Iure Romano recentiore magnam utilitatem habuit *L. 112. D. de Reg. Iuris*, præsertim postquam iudicium datio, & formulæ actionum cessauerunt, & omnia iudicia extraordinaria facta sunt. Præterea ex §. *anteced.* constat, quod neque distinctio ista secundum principia Iuris Romani concepta, ad species exceptionum a Papa *hoc cap.* relatas pertineat, neque ex ea dependerit, num exceptio quædam ante litis contestationem num post eam opponenda, vel iudex dandus sit vel non. Quomodo porro de omnibus exceptionibus peremptoriis dici possit, quod lis iam sit finita, quæ tamen nondum cœpta est, vel quomodo lis magis finita dicenda sit, si ipso iure actio actori non competat, quam si ope exceptionis strictum ius excludendum, & an eadem sit lis finita ac lis finienda, alii videant; ego parum curo. Quomodo tandem contenta huius capituli cohærebunt, aut intelligenda erunt, si textum de omnibus exceptionibus peremptoriis, iisue, ob quas ipso iure non amplius competit actio, explicare velis? Sane non video, quâ ratione consistere possit regula, quam Papa in primis *hoc cap.* constituit, & quæ primum huius textus objectum est, videlicet: *exceptionis peremptorie cuiuslibet ante litem confessam obiectus, litem contestationem nec impediat, nec retardet*, si quælibet peremptoria exceptio tamquam litem finitam habenda, atque ante litem contestationem admittenda sit: limitatio certe destrueret regulam, simulque totius textus principalem dispositionem tolleret. Et quid sibi veller amplior huius regulæ declaratio, quæ postrema textus parte continetur? iubet nimirum Pontifex: *ne iudex cuiuslibet peremptorie exceptionis obiectum, ante litem contestationem attendat, licet dicat obiector, quod*

obiector  
iudex  
ante  
litem  
contestat  
ionem  
nec  
impediat  
nec  
retardet

E

RESCRI-

RESRIPTVM NON FVISSET OBTEIVTVM, SI QVAESVNT IMPETRANTI OPPOSITA, FVISSENT EXPOSITA DELEGANTI. Perspicue satis hæc quoque verba indicant, quod ne quidem istæ exceptiones peremptoriæ ante litis contestationem audiendæ sint, quibus reus allegat, ius actori nullum esse. Idcirco abunde probatum esse arbitror, quod in hoc textu Iuris Canonici nullum inueniant præsidium litis ingressum impediens exceptiones, tam late ultra tres litis finitæ defensiones se extendentes.

Conclusio, & simul ostenditur vsus practicus hæcenus dictorum.

§. XXII. Sufficere possunt, quæ deduxi, ad indicandum breui specimine quemadmodum exceptiones litis ingressum impediens iustitiæ administrationem admodum impediunt. Nec temporis spatium angustum præsentis, nec institutio iuxta §. 2. admittit, vt speciatim Germanicas leges considerem: sed satis fit, quod ex natura processus exposuerim, quemadmodum ei prorsus incongrua sit exceptionum peremptoriarum ante litis contestationem disceptatio. Evidenter demonstratum est, quod male ex Iure Romano deriuentur, atque adhuc peius ea, quæ ex Iure Romano in fauorem earum proferuntur, ad Germanica fora applicentur. Sat denique constat, quid Ius Canonicum de hac re decreuerit. Quilibet facili negotio inde colligere poterit, quod leges Germanicæ statutiariæ iis fauentes originem debeant opinionibus & erroribus Ictorum & maxime Commentatorum ad *L. 9. D. de Iure Iur.* vt vel ex *BLANCI cit. tractatu* liquet, vtpote qui male describendo, vt cum comico §. 7. laudato loquar, ex Roma bono, Germanicum non bonum fecerunt processum, quique fori Romani negotia & ordinem cum foro Germanico æque apte compararunt, vt *L. 24. D. de Furtis* modium frumenti ex aceruo ablatum cum tactu auris humanæ collatum legimus. Quibus accessit nimis facilis multorum persuasio de assensu *c. 1. de Lit. Contest. in 6to* & iudicium de hoc textu latum, aliqua tantum eius particula proposita, vel, quemadmodum fieri solet, textu hoc pror-

prorsus non inspecto. Colligi quoque ex his mox poterit, quod legibus statutariis de hac re non exstantibus, vel rem non perspicue nec sufficienter definiuntibus, regulariter admittendæ non sint ante litis contestationem exceptiones peremptoriæ, tanquam litis ingressum impediennes; nisi cum Pontifice excipias exceptiones litis finitæ hoc sensu, ut sint defensiones, id continentes, quod lis præfens iam quondam decisa sit. Ut enim hæc a regula eximantur non prorsus ratione destituitur, secundum proposita. §. *anteced.* si modo ex actis iudicialibus statim cum allegentur, de iis iudici fides fiat, nec replicatione quadam elidantur: alias enim *et ipse turbide fient*, & turbabunt ordinem iudiciarium. Corodinis loco tantum adicio, quod cum dictis *Cam. Ordinat. Part. 3. Tit. XXVI. §.* Unde sonderlich wollen wir ic. *incht. Ord. Cameral. Ratisbon: de anno 1507. Tit. Wie die Termine zu halten, wann endliche Auszüge ic. cum Tit. seq.* conveniat: nec prætermittere possum, quod iuris processualis Magdeburgici correctores defectus hos sensisse videantur, dum in recentioribus ordinationibus locum ex LANGIO supra §. 5. citatum frustra quæsiuerim, & potius inveniuerim, quod paucis verbis, & veluti in transitu tantum exceptionum harum mentio facta sit. Nil itaque restat quam ut Deo Trîuno pia mente gratias agam, & sic huic specimini imponam.

FINEM.



E 3

Nobis

NOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO

DN. RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES.

**E**X fine quidem diiudicanda sunt actiones hominis, ita tamen ut, qui finem vult, apta quoque eligat media ad eum consequendum. Utinam haec considerent, qui ad Academias accedunt, certe maiorem haberent curam tam culturae intellectus, quam emendanda voluntatis, eoque modo feliciores, quod omnes tamen cupiunt, ex Academiis discederent, quam sepe fieri solet. Nequidem omnibus enim alterutrum cordi est, pauciores vero utrique debitam dant operam. Non tamen plane desunt, qui utrique satis faciunt officio, qui quo pauciores sunt, eo maiore non solum laude sunt digni, sed & ipsi eo uberiores aliquando felicitatis suae percipient fructus. Inter hos Tu, Doctissime Plette, merito collocandus es: quippe quem mox a primis vitae Academicæ temporibus, & solida eruditionis & vitae integræ studiosissimum compertum habeo. Industriam tuam satis perspexi, dum præter aliorum celeberrimorum Ictorum & Philosophorum scholas, limina auditorii mei quoque frequenter salutasti, sedulus atque attentus auditor lectionum mearum, tam ad ius Civile, quam Feudale & Ecclesiasticum: & quod Doctorum opera non frustra fuerit collocata, patuit ex parata responsione & eruditis elaborationibus in collegio examinatorio & processuali elaboratorio. Vitæ autem probitatem, tam consuetudo quæ mihi tecum interessit, quam aliorum testimonia probant. Merito ergo gratulor Tibi de mediis aptis & fine vero vitæ Academicæ electis, ac impetratis: merito gratulor de felici exitu studiorum Academicorum. Numen uberiores eruditionis & probitatis tuæ largiatur fructus. Tuo autem factori me etiam atque etiam commendo. Vale. Dab. Halæ Magdeb. d. 12. Martii MDCCXXXVI.

Bann



**S**inn Eyses, Fleiß und Wissenschaft,  
Der Tugend ihren Vorber geben;  
So müssen sie durch ihre Kraft,  
Dich, Hochgeschätzter Freund, erheben!  
Fest macht uns schon dein Lobspruch kundt:  
Du habest das vertraute Pfundt,  
Der milden Vorsicht nie vergraben;  
Und einstens wirstu Glück und Zeit,  
Zu Kennern deiner Fähigkeit,  
Zu Zeugen deines Ruhmes haben!

Hiermit wolte dem Herrn Respondenten,  
als seinem Hochgeschätzten Fremdt er-  
gebenst Glück wünschen

Lud. Aug. Faber. I. S.  
& Disert. opponens.

**S**olamen fessis magnum finire labores  
Duros, si felix exitus acta probat.  
His tibi permittas hodierna applaudere luce,  
Qui finis ingens, Plette Sodalis, opus.  
Ordine continuo curasti sedulus annos  
Certos Pieriis inuigilare choris.  
Succesit magnus conatus forte benigna:  
Hautifisti pleno Palladis ore merum.  
Quid deest operi? nil, quam fabricare coronam:  
Doctior ut possis munus adire nouum.  
Quapropter praesens bellum solemne parasti,  
Ars tua quo certo victor & Hector erit.  
Pro meritis igitur duxi tibi sternere palmam  
Equum, & laetitiam significare meam.  
Sis felix, doctoque vsuras quære talento.  
Augebunt anni: clausula namque bona.

Hæc qualiacumque in honorem Nobis  
lissimi Domini Respondentis adiecit.

A. de Syborg.  
Magdeb. Stud. iur. & opponens.

Ihr

**I**hr Mufen eilt! Und steigt auf euer Heiligthum,  
Und sehet euch daselbst nach Themis Tempel um,  
Ihr werdet den Altar an Gluth und Flammen brennen,  
Wobey ihr ächter Sohn heut wird ein Opfer brennen.  
Hier seht Ihn was der Fleis vor schöne Proben zeigt,  
Wie Er von Tag zu Tag in seinen Wachsthum steigt,  
Und wie nach harten Schweiß, nach stetigen Bemühen,  
Ihn Themis auch nicht will des Lorbers Recht entziehen.  
Rufft Mufen diesem Freund ein frohes Vivat mit,  
Und wünscht, daß kein Geschick, so sonst das Glück trift,  
Der Hoffnungs vollen Flohr in die Verwelckung reiße,  
Und Er der Republicue ein theures Kleinod heiße.

Mit diesem wenigen Zeilen wollte dem  
Hrn. Respondenti seinem werthen  
Freunde von Herben gratuliren.


B. C. Meyer.  
Opponens.

**Q**uantum scrutatus spatiosa volumina iuris  
Tu fueris Themidis fidus, Amice, comes.  
Hoc cum Musarum vix tres compleueris annos,  
Templo, testatur quilibet ingenue.  
Macte Tuo studio! Iam præmia grata sequuta,  
Fructus, quos paruit sedula cura Tibi.  
Ex animo munus iam partum gratulor, atque  
Ex voto eveniant ut Tibi cuncta, precor.

Hæc in Nobilissimi Dni Responden-  
tis Amicique per dilecti memoriam  
non facere animo adponere voluit.

C. W. Pohlmann,  
Hæc L. L. Cultor.





Healle, Diss., 1736

ULB Halle  
002 186 985

3



sb







17.

*Pr. 12. num. 32.*

Q. D. B. V.  
DISSERTATIO IVRIDICA  
DE  
**EXCEPTIONIBVS  
LITIS INGRESSVM  
IMPEDIENTIBVS  
IVSTITIAE IMPEDIMENTIS**

*P. 443.*

Q V A M  
IN REGIA FRIDERICIANA  
PRAESIDE  
**IOANNE TOBIA CARRACH.**  
L. V. D. ET PROFESSORE PVBLICO  
EXTRAORDINARIO

D. MART. ANNI MDCCCXXXVI.

H. L. Q. C.

PVBLICE VENTILANDAM EXHIBET

**IOANNES CONRADVS PLETTE**  
MAGDEBVRGENSIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE  
TYPIS IO. FRIDERICI GRVNERTI ACAD. ET SENAT. TYPOGR.

